



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

De Processione in die Festo Purificationis B. Mariæ semper Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari: nisi aliter ob gravem causam interdum Ordinario vel Clero videatur.

Processiones autem quedam sunt ordinaria, quæ fiunt certis diebus per annum, ut in festo Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis, & in Dominica Palmarum, & in Litanis majoribus, in festo S. Marci, & in minoribus Rogationum, triduo ante Ascensionem Domini, & in die festo Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiarum.

Quaedam verò sunt extraordinariæ, ut, quæ variis ac publicis Ecclesiæ de causis in dies indicuntur.

De Processione in die Festo Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis.

Completa benedictione & distributione candelarum, ut in Missali Romano reformato; fit Processio. Et primo Celebrans imponit incensum in thuribulum: deinde Diaconus, vertens se ad populum, dicit:



Procedamus in pace. & Chorus respondet.



In nomine Christi, Amen.

Præ-

*Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante :
deinde Subdiaconus paratus, deferens Crucem, medius
inter duos Acoluthos cum candelabris & candelis ac-
censis : sequitur Clerus per ordinem; ultimo Celebrans
cum Diacono à sinistris, omnes cum candelis accensis
in manibus : & cantantur Antiphona sequentes :*



Antiph. Adorna thalamum tuum Si on, &




fuscipe Regem Christum: amplectere Ma-



ri am, quæ est cælestis porta: ipsa enim



portat Regem gloriæ, novi luminis: Sub-



fistit Virgo; adducens manibus Filium

ante



ante luci ferum genitum ; quem acci-



piens Simeon in ulnas suas prædicavit



populis Dominum eum esse vitæ & mor-



tis , & Salvatorem mundi.



Alia Antiph. Responsum accepit Simeon à




Spiritu sancto , non visurum se mortem ,




nisi videret Christum Domini: & cum in-


duce-




ducerent puerum in templum, accepit eum




in ulnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit:




Nunc dimittis ſervũ tuum Domine in pace.



Verſ. Cum inducerent puerũ Ieſum parentes




e juſ, ut facerent ſecundũ conſuetudinem



legis pro e o: ipſe accepit eum in ulnas ſuas.

Et ingrediendo Eccleſiam cantatur:



Reſp. Obtulerunt Domino par turturum, aut

M m m

duos



duos pullos columbarum. Sicut scriptum



est in lege Domini. *Vers.* Postquam im-



pleti sunt dies purgationis Mariæ secun-



dum legem Moysi, tulerunt IESUM in



Ierusalem, ut fisterent eum Domino.




Sicut scriptum. *Vers.* Gloria Patri,



& Filio, & Spiritui sancto.

Sicut



Sicut scriptum.

Finita Processione, Celebrans & Ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa. Et candela tenentur in manibus accensa, dum legitur Euangelium; & iterum ad elevationem Sacramenti, usque ad Communionem.

De Processione in die Palmarum.

IN Dominica Palmarum, facta benedictione & distributione Palmarum seu Olivarum, post ultimam Orationem, Omnipotens sempiterne Deus, &c. fit Processio: ac primum, Celebrans imponit incensum in thuribulum; & Diaconus, vertens se ad populum, dicit:



Procedamus in pace. & Chorus respondet:



In nomine Christi, Amen.

Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus paratus, deferens Crucem, medius inter duos Acoluthos cum candelabris, & candelis ac-

M m m 2

censis: